



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Industria XV. Exercendæ practicè Charitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

INDVSTRIA XV.

Exercitij Charitatis.

Decima quinta Industria consistet in exercendis erga presentem Dominum *DEVM* illis actibus & proprietatibus amoris, quales exhibere solet vera aliqua Sponsa dilecto Sponso suo, aut quilibet fervidè Amans illi què amat! Ego quinquaginta principales ejusmodi amoris actus tibi propono, quos exercere oportebit, aut per serios animi affectus erga *DEVM* nostrum (prout videlicet ostendent exempla infra ponenda ex aliquibus proprietatibus amoris desumpta) aut in ferventibus operationibus & operibus mortificationis

N pro-

IN.

propter ipsum *DEVM* susceptis.
 Et hæc est illa *Industria*, qua sicut
 aliquas precedentium *Industria-*
rum in se comprehendit, ita exer-
 citium illius, omnium aliorum ex-
 ercitorum in vitâ spirituali. Finis
 est, majusq; a nobis requirit stu-
 dium & applicationem in illâ non
 exercendi & perficiendi.

**QVINQVAGINTA
 ACTVS ET PROPRIE.**

tates perfecti amoris *DEI*.

1. **G**audere, & interiore cordis af-
 fectu sibi cum Domino *DEO*
 complacere, Deum illud esse, habere,
 posse & scire, quod est, habet, potest
 & scit; & hoc non amore commodi
 nostri, sed quia sic *DEO* bonum &
 perfectio illius est.

2. Gaudere, quòd omnia, que
 extra